



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Ferculum Salomonis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

Ia.8.

beatam Virginem dicit esse librum illum gloriam
dem Isaia 8.vbi scriptum est Verbum incarnatum:
Illam autem prophetiam, quæ Isai.
loco citato dicit concepsisse filium, cui nomen
inditum: *Acceleras spolia derubuisse festina præda-*
ri, Deiparam Virginem esse ex Basilio in Isai.
Nazianz. s. & Nazianzeno, & aliis dicemus cap. 23.

Cap. 23.

FERCVLVM SALOMONIS.

30
Virgo Fer-
culum est
Salomonis
Cant. 3.Anar.
Oret.
Honorius.
Gulielmus
Mart. del
Rio.
Georg.
Nico.
S. Anton.
Cant. 3.Glossa
inserit.

Cap. 21.

Psalm. 44

Prov. 9:

S. Thoma

Hec est Ferculum, seu vehiculum, in
quo Regia magnificentia gestabatur
Rex Salomon, quod ipse Salomon Can-
tator. fecit sibi de lignis libani, columnas ei-
us fecit argenteas, reclinatorium aureum, as-
censum purpureum, media charitatem construit pro-
pter filias Ierusalem. De Virgine enim id ex-
plicat Andreas Cretensis oratione secunda
de dorm. Honorius in sigillo, & Gulielmus
Petye apud Matinum del Rio in Cant. 3.
Ideo Georgius Nicom. in orat. de oblat. vo-
cat eam vehiculum (id est, Ferculum Re-
gium) similiter & S. Antonius 4. part. tit. 15.
cap. 44 §. 7. Merito autem Deipara in hoc Sal-
omonis ferculo adumbratur, quam verus Sal-
omon Christus sapientia Patris, & pax no-
stra fecit sibi, hoc est in proprium vsum con-
struxit, ut in eius corde spiritualiter corporali-
ter autem in eius vtero, atque vlnis dignissimis
gestaretur, ligna vero libani, ex quibus fercu-
lum illud constabat, erant, ex glossa interlinea-
ta: *Fortia, cel. a. spaciofa, odorifera, impurpura-*
lia, atque candida; Et his quidem lignis singula-
res, heroicæ, atque eximiae Deiparae virtutes,
quarum alias in cap. 21. attingemus, quibus
eius spiritualis structura constabat, significan-
tur. Virginis enim virtutes erant ad omnem
hostium imperium sustinendum fortes, protec-
tæta sua cœlo proximæ, spirituali pulchritu-
dine de cora ad sui dilectionem, vel ipsum
Deum, qui concupivit speciem eius, allicies-
tes, boni exempli odore flagentes, contra o-
mnem carnem atque putredinem diuinitus ita
munitæ, ut essent protus inamissibiles. quod
non nisi peculiari Dei priuilegio obtineri po-
test. Denique puritate sua, atque candore o-
mnibus conspicuae, & illustres. Columnas poro
argenteas, quibus pondus structuræ Fereuli
innovit, septem suissi opinari licet, si nu-
merum spectemus earum, quas Proverb. 9.
Sapiencia excidisse scribitur, cum sibi domum
adficauit, easque sancti Spiritus dona nitidissima intelligemus, quæ ex D. Thoma r. p.

2.q. 68. art. 1. dantur, ut quis promptius mo-
ueatur à Spiritu sancto, quæ dona repercul-
la a ignoti instar sonum edunt auribus gra-
tissimum hæc autem dona tribulationis i-
gne in Deipara illustiora sunt reddita, iuxta
illud psalm. 11. *Argentum igne examinatum, Psalm. 11.*
probatum terra, purgatum sepiuplum. Huius ter-
culi reclinatorium fuit aereum, & per illud
acciopi potest tum Deiparae vterus, qui regio
decore tanquam auro folgebat, in quo no-
uem mensibus Christus est reclinatus: tum
etiam ipsa anima Virginis, in qua per gratiam
perpetuò rededit Christus, & flagranti chari-
tate tanquam auro fulvo nimis rutilat. As-
census est purpureus, siquidem virtute san-
guinis Christi, cuius efficaciam praestantis-
mo modo Virgo est consecuta, meritorum
suorum verticem in sublime supra omnes e-
rexit: quare cap. 8. de ea dicitur, *Quæ est ista, Cant. 8.*
qua ascendit de deserto delictis affluens innixa
super dilectum suum. Fuit quoque Ascensus e-
ius purpureus, quoniam ad altissimam in ce-
lis fedem ascendit non absque labore, atque
fui mortificatione, ut cap. 12. dicemus, pluri-
ma pro Christo patiendo, cuius animati iux-
ta Simeonis vaticinium in Christi morte do-
loris gladius ita penetravit, ut Bernardus, & Bernat
complures alii, eam plusquam martyrem ap-
pellare non dubitent, quemadmodum cap. 11.
ostendemus, quin etiam, ut ex quadam re-
uelatione refert S. Bonaventura in meditat. Benat
vitæ Christi cap. 3. Nullam grasiæ, donum, vel
virtutem habuit Virgo sanctissima à Deo sine
magno labore, continua oratione, ardenti deside-
rio, profunda devotione, mulcis lacrymis, & multa
affectione, excepta gratia, qua primum in vte-
ro sanctificata fuit, hæc ibi. Denique Aseptius
purpureus indicat regiam dignitatem, cuius
potentatis insignis est purpura, ad quam dig-
nitatem fuit eucta, facta Regina Coelorum,
& Angelorum, ac reliquorum omnium Do-
mina. Media denique huius ferculi charitate
construit propter filias Ierusalem, interna
enim misericordie viscera huius Virginistan-
ta erga omnes dilectione flagrant, ut chari-
tate constrata sint, ita ut nemo sit, qui ab-
scundat à calore eius. Non enim (inquit Ber-
nardus serm. 1. de Adiump.) dubcare posset, o-
mnino in affectione charitatis transisse Maria
viscera, in quibus ipsa, quæ ex Deo est charitas,
nouem mensibus corporaliter requieuit, precipi-
tamen erga filias Ierusalem, eos nimis rum, qui ad
confessio

celestes ierusalem affectu, & desiderio aspirant: hi enim in hoc ferculo amplissimum praesidum, atque patrocinium experuntur, cum haec mater sit viuentium, & omnium Aduocata. quæ omnia vberius cap. 16. 2. 7. & 30. persequeatur. Quod si intelligas media huius ferculi confracta esse ius, quæ ad eius charitatem, & amorem allicit; sanè tot, tantaque sunt in Virgine sanctissima, quæ nos ad eius dilectionem inuitant, de quibus c. 34. agemus, ut nullus fere sit, etiam si in peccatis veretur, qui aliquo affectu erga Virginem non feratur. Atque haec de Salomonis ferculo, in quo Dei-pa significatur, dicta sunt.

MONS DEI.

Virgo dici 31 Hæc proter suam in prærogatiis sub- tur mons Dei. surgens Cœlo proxima eminus omnibus conspicua, quam sibi Deus singulariter elegit: Mons est Dei, Psalm. 67. In quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim Dominus habitat in finem. Ita illam appellant Andreas Cretensis oratione 2. de dorm. & oratione de An-nunciat. additique eam esse Montem adumbrantem, de quo Abacuch 3. Georgius Nic- Damasc. orat, t. de dorm. dicit esse Montem pingueum, & orat, de Nativitat. Montem Dei. S. Gregorius super R. eg. 5. eā Montem in vertice mō-S. Bernardus Isa. 2. dictam putat, quia super Angelorum chores meritorum verticem erexit. S. De B. V. Bernardinus tom. 3. serm. 11. art. 1. cap. 2. quem abscissus, capite superiori circa.

Ep. lapis si- De hoc Monte Dan. 2. sine manibus ab-nomini. scissus est lapis, id est Christus Dominus sine lenaues. viri opera. Id enim ita explicat lenaues libr. 3. Iustinus. contra haereses cap. 28. Iustinus Martyr in Chrysipp. dialogo cum Triphone, Chrysippus Presbyt. Damasc. lerol. hom. de beata Virgine, & Damascenus Hieron. orat. 1. de Nativitat. & orat. 1. de dorm. Hieronymus in epistol. 22. & in Dan. 2. Andreas Georg. Nic Cretenis, & Georg. Nicom. locis citatis. Augustinus in concione ad Catechumenos contra Espanian. Iudeos, Paganos, & Haereticos. Epiphanius Theodo-reto- rebus. sermone de Virgin. Laud. Theodoreto in Daniele, Rupertus libro 1. in Dan. cap. 6. Rupertus. Hesychius homil. de laud. Virg. Beatus Lau-tentius Iustinianus sermone de Annunc. San-ctus Bernardinus loc. citat. Noster Pereria in Iustinian.

Dan. lib. 2. quin etiam 8 Hieronymus epist. 22. animaduertit, ideo lapidem hunc dici ab-scissum sine manibus, quia manus acepiuntur pro opere nuptiarum, iuxta illud Cant. 2. *Laus eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Christus porro est lapis firmis simus de Virgine abscissus probatus 1. Petr. 2. *Preciosus, & singularis, qui facit utraque unum, & cui omne spirituale ædificium innititur, qui contriuit statuam illam Nabuchodonosoris per visum obiectam, quæ quatuor p̄cipuas Monarchias, Chaldaeorum, Persarum, Græcorum, atque Romanorum significabat; siue, ut ait Augustinus tract. 1. in primam Ioannis epistolam, qui confregit omnia regna terra- rum, id est, dominationes Idolorum, & dæmoniorum, & factus est Mons magnus, & impletuit vniuersam terram, eiique data est o-nis potestas in Cœlo, & in Terra.**

Cant. 2. Christus cur lapis dicatur. 1. Petr. 2. Virgo di-citur mōs unde ex-cessus est lapis sine manibus. Augus.

MEDIUM TERRÆ.

32 Hæc Psalm. 73. appellatur Medium Psalm. 63 terræ. Ita Bernardus sermone 2. in Bernard. festo Pentecostes. Tunc, inquit, operabatur sa- Medium ludem nostram in medio terra, in vetero videlicet, terra Dei- Virginis Mariae, qui mirabilis proprietate terra para. medium appellatur; ad illam enim tanquam ad medium, sicut ad Arcam Dei, sicut ad rerū cau-sam, sicut ad negotium seculorum respiciunt, & qui in Cœlo habitant, & qui in inferno, & quæ nos præcesserunt, & nos qui sumus, & qui sequuntur, & natūratorum, & qui nascuntur ab illis; illi qui sunt in Cœlo, ut resarciantur, & qui in inferno, ut eripiantur; & qui præcesserunt, ut Propheta fideles inueniantur, qui sequuntur, ut glorificantur, & infra: In te Angeli laetiam, iusfi gratiam, peccatores veniam inuenientur in eternum, merito inter respiciunt oculi totius creatu-ræ, quia in te, & per te, & de te benigna manus omnipotens quiequia creatural recreauit. ha- tenus Bernardus.

FONS HORTORVM, ET PVTEVS
Aquarum viventium.

33 Hæc est Cant. 4. Fons hortorum, & Pu- Cant. 4. *lus aquarum viventium, quæ fluit Fons hor-tus impetu de Libano, quibus sanctorum animæ solum, & omnes quasi coelestis Regis horti amoenissi- Putus mi, illi quidem, ac regio cultu, manuque con- aquarum fici, vberimè irrigantur, ac foecundantur: Maria.*

H 2 & que